



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1778**

**VD18 90118871**

§. 93. Varia Suecorum fortuna in Alsatia, Westphalia & alibi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67394](#)

Sæc. XVII. mentum sparserunt, thecasque argen.  
A. C. 1634. teas vertere in prædam.

Ineunte hoc anno rustici in Bavaria ad  
Oeni confinia, cum militum injurias per-  
tæsi essent, bidentibus, sudibus, aliisque  
agriculturæ instrumentis armati, m-  
ero ferme septingenti Ebersperga  
confluxerant, nullo hostis amicive di-  
scrimine obvios quosque milites tradi-  
datur: Re comperta Maximilianus  
Elector, ut hosce miseros ostenta-  
morum violentia terroreret, die decima  
octava Januarii milites suos immitti,  
resistunt tamen rustici, suosque in ac-  
ciem educere tentant, ait bellici te-  
menti fragore territi fugam arripiunt.  
Pars ferro cæsi in fuga, pars in æ-  
bus suis: alii vero in sequentis milie-  
furorem in sylvis & paludibus latitan-  
tes declinabant, hujus vero tumultus  
Antesignanus & viginti duo alii in æte-  
quo confugerant, injecto igne periisse.

### §. XCIII.

#### *Varia Suecorum fortuna in Alsatia, Westphalia &c alibi.*

Landishutanam calamitatem pre-  
nerat Bambergensis ditionis deva-  
statio; postquam enim prope Forche-  
mium plusquam ducenti ex Cæfareis,  
qui annonam ab hoste relictam Bam-  
berga revrehere parabant, a Vinarien-  
bus

bus cœsi, captique fuerant, Georgius Sæc. XVII.  
 Marchio Brandenburgicus septendecim A.C. 1634.  
 Templa, arces undecim, septem oppida, multos pagos, ac quater mille domos flammis exussit. Sub idem quoque tempus Otto Rheni Comes Udenheimium, quod Philippus Spirensis Episcopus a suo (\*) nomine Philippopolin nominabat, post diuturnam obsidionem ditione cepit, simulque Neoburgum, Sulziam, & Rubeacum expugnauit, præliariis custodiæ, rusticis vero, qui eo recesserant, internectioni traditis: Ubi vero Cæsareos Duatore Comite Salmenſi cum quinque circiter armatorum millibus Colmariæ obsidionem parare, atque ab eis annum secundo Rheno adveſtam, Brisaenli urbi fuisse illatam compererat, haud cunctandum ratus die duodecima Martii eos ad Watwillam aggressus prelio fudit, capto Salmenſi Comite, aliisque Tribunis: demum fortuna Suecis

(\*) Potius ludibrio ac miseratione, quam refutatione dignus est Balthasar Babelius, qui ut in Catholicis cultum Sanctorum risui exponeret, in sua Historia Ecclesiastica pag. 177. fallo afferuit: quod Episcopus Spirius fortalitium Udenheim vocarit Philippsburgum a Philippo scilicet Apostolo.

Hist. Eccles. Tom. LIX.

Xx

Sæc. XVII. Suecis arridente Friburgum die prima  
A. C. 1634. Aprilis, Rheinfeldam, Bruntrutum om-  
nesque ferme Alsatiæ urbes subegit.  
Benignior sors per Westphaliæ adi-  
rabat Cæsareis sub imperio Godefridi  
Comitis Geleeni, qui castris ad Vil-  
gin motis Hæxariam vi cepit, cels-  
tam præsidariis, quam civibus arm-  
atis: capta hac urbe, die vigesima se-  
cunda Aprilis profligato Hassorum  
gmine Beckunum, Hammam, Lunam,  
arcemque Ludvishusianam expugnari  
repulso Georgio Luneburgensi Ducto  
qui recuperata Hamma Geleenum op-  
primere parabat. In Silesia quoque  
Goetzius Cæsarei agminis Ductor Oe-  
sium, quod oppidum Sueci inopina-  
oppresserant, obsedit, captoque pre-  
sidio expugnavit: eandem etiam fo-  
tem Libschezium & Jægerndorffum  
subiit; unde Goetzius promotis castra  
Troppaviam arce cinxit, Oppellam quo-  
que, incassum licet obsedit, binasque  
Suecorum cohortes, aliosque levis  
maturæ equites prope Wratislavianum  
fudit, necnon præfatæ civitatis fo-  
urbia incendit. Postquam vero Saxe-  
niæ Elector in Lusatiam irruperat, in  
Budissinæ urbis in cineres redactæ re-  
dera, necnon Gorlicum aliaque op-  
pida receperat, Dresden reveritus An-  
heimium cum suis copiis in Silesianum

dimisit, quem tamen Goetzius a Sita- Sæc. XVII.  
viensi obsidione Lignitium versus reje- A. C. 1634.  
cit. Ubi cruentum prælium per tres  
omnino horas, æquata utrinque clade,  
ancipitique victoria commissum est:  
tandem vero Cæfareis Lignitzum sese  
recipientibus, Arnhemius Gloggaviam,  
Sueci Crossenam, & Brandenburgici  
Francofurtum ad Oderam occuparunt.

### §. XCIV.

#### Sueci Nördlingæ ingenti clade affetti.

Postquam Ferdinandus Hungariæ Rex, *Hist. di Priorat.*  
Maximilianus Bavariæ Elector, & *Ferd. III.*  
Carolus Lotharingiæ Dux Suecos *e part. I. l. 9.*  
tota Bavaria eliminarunt: eorum pro- *Bougeant Hist. Bell.*  
gressibus obstabat Nördlinga Imperia- *tric. part. I.*  
lis Sueviæ Urbs: Hanc ergo obfi- *lib. 3.*  
dione circumvallare, firmum fixum- *Jäger. hist. Ecol.*  
que animo habuerunt: vicissim Vina-  
tiensis, ut Urbi laboranti succurre-  
ret, Hornianas & Wirtembergicas  
legiones, & quicquid demum ex vi-  
cinis præsidiis, & Protestantium co-  
pis corradi poterat, in unum exerci-  
tum triginta millibus validum contra-  
xit, & repugnante licet Hornio prælii  
fortunam experiri statuit. Ferdinandus  
Rex hostis consilium subodoratus,  
castra haud procul a Nordlinga posuit,